



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmma Diana**

**Diana, Antonino**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

Extremæ Vnctionis utilitas

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40647**

## Extremæ Vnctionis

57

dalo, omitti potest. Extr. Vnde. Villalobos tom. I. tra. 10. diff. 3. num. 1. ubi putat, cessante contemptu, & scandalo, omitti posse absque ullo peccato. par. 3. tract. 4. resolut. 170. & part. 3. tr. 3. resolut. 97. Et quidem, qui in extremis positus, potest hoc Sacramentum recipere, & sciens ac prudens omittit, contemnere illud presumitur, secundum S. Juan. quæst. unic. art. 7. de Extrem. Vnde. dub. 2. concl. 2. Non ita secundum Tanner. tom. 4. diff. 7. q. 1. 3. num. 56. resolutione 97. cit. §. Sed his.

2. Ex dictis sequitur, Parochum non teneri regulariter sub mortali ministrare hoc Sacramentum cum periculo mortis, ut dicemus verb. Parochus, num. 5. Nec debere aut posse simplicem Sacerdotem in defunctu Parochi ministrare, nisi in certis casibus, ut dicemus infra num. 23. In casu tamen necessitatis posse etiam excommunicatum denunciatum, etiam tempore interdicti. Diximus verb. Excommunicationis, num. 19.

### EXTREMÆ VNCTIONIS.

#### Vtilitas.

**Extrema-  
Vndio debet  
peccata, si  
adsumt, & il-  
lorum reli-  
quias.**

3. **V**Tilitas, & effectus Extremæ Unctionis explicantur à Tridentin. sess. 14. cap. 3. his verbis: *Huius Sacramenti res est gratia Spiritus sancti, cuius Vndio delicta; si que sint adhuc expianda, ac peccati reliquias absterget, & agroti animam alleviet; & confirmat, mannam in eo divina misericordie fiduciam excitando, qua infirmus sublevatus, & morbi incommoda, ac labores levius fert, & tentationibus damonis calcaneo insidiantis, faciliter resistit, & sanitatem corporis in terdum, ubi saluti animæ expedierit, conseruitur.* †

4. Et quod attinet ad sanitatem, cum Sacraenta non operentur virtute miraculosa, sed supernaturali ordinatio, non illam consequitur, qui Unctionem differt ad Extremum vitæ, quando corpus ita est viribus destitutum, ut ad sui restorationem necessarium sit manifestum miraculum. Indò ait Pitigian in 4. & 23. quæst. unic. art. 5. q. 4. hoc Sacramen-

**Roborat in-  
firmum con-  
tra tentatio-  
nes.**  
**Et confert  
sanitatem si  
expedit salu-  
animæ.**

tum in extremis suscipere, esse aliquo modo tentare Deum, & virtutem Sacra menti experiri velle. Adde, quod devo ad finem vi tio infirmi, & usus rationis effectui hujus Sacramenti plurimum content, con fertque vires contra tentationes, quæ debet nimis infirmum in usu rationis fatigant. Non maturari tamen multum festinandum est, quia idem dicitur Unctio Extrema, quia non debet dari, nisi iis, qui presumuntur in discrimine vitæ constituti. Ita Kellinius rom. 2. in 3. part. qu. 31. art. 3. contra impudentissimum Calvinii mendacium. part. 3. tractat. 4. resolut. 173. & part. 3. tr. 3. resolut. 93.

5. **G**ratia hujus Sacramenti confer tur, quando perficitur ultima Unctio fertur post cum sua forma essentiali, quæ est quinta. quintam Vnde Ita Suarez tom. 4. disputat. 4. sect. 2. nu. 13. rationem. Alii putantes, singulas Unctiones esse integrum Sacramentum, dicunt & con ferri post singulas. Sed de hoc infra, cum dicitur materia part. 3. tractat. 4. resolut. 179.

### EXTREMÆ VNCTIONIS.

#### Materia.

6. **I**cūt in Baptismo duplex est ma teria: nimis remota, quæ est mota huius aqua, & proxima, quæ est ablution: ita & Sacramentum duplex datur in hoc Sacramento: re est oleum. mota, & est Oleum: proxima, & est Unctio.

Benedictum

7. Oleum debet esse Olivarum, & ab Episcopo benedictum ab Episcopo in eodem anno, ex cap. litteris, de confeer. dif. 3. Sed in necessitate poteſt Parochus infirmum ungere oleo veteri. Ita declaravit Sac. Coaggregatio Episcoporum die 20. Maii 1570 apud Gavantum in Ench. verb. Extrema Vndio, numer. 10. part. 9. tractat. 6. resolutione 46. & part. 10. tractat. 16. resolutione 81. Immò valde probabile putat Laymann lib. 5. tom. 8. cap. 2. numer 4. materiam hujus Sacramenti esse Christi. Unde si quis per errorem Christi infirmum unxiſet, nihil sciret admis innovandum fore, sed rem Domino ipoteſt commendandam: maximè quod Unctio tuer plexum.